

DE VIPERA COEVNTE  
cum masculo.

CAP. XVI.



RIMA hæc tabula  
coeuntis cum ma-  
sculo Viperæ, sicuti  
reliquæ serpentes  
faciunt, verè appo-  
sita est, ut facilius  
dignosceretur, fieri  
non posse, ut mas à Viperâ ita faci-  
coccidatur dum coit; neque enim ve-  
rum est, semen ex ore accipere, quod  
revera per penem subtus immittitur,  
à Viperæ vulva ad uteros ingressus.  
B. Masculi penes duplices, in quibus  
explicandis majorem in Aristotele  
diligentiam requisivissem, præcipuè  
etiam in testibus & vasibus semina-  
riis, quæ in serpentibus esse denega-  
vit. Hæc est figura communis coeun-  
tium serpentum, qui sive erecti super  
terram, sive strati, hoc certè comple-  
xii coheront, & Aristoteles meminit,  
& Plinius.

DE

VIPERÆ COHEVN-  
TIS. TAB. I.



